

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

20. Maij. 13. Cal. Junij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

390 ANNI CISTERCIENS.



20. Maij. 13. Cal. Junij.

Obiit

circa

annum

1218.

B. GUIDO, Generalium Ordinis in serie successionis XV. hujus nominis I. Ad quam dignitatem te evexit diu perspecta in negotijs gravissimis dexteritas. Sed eadem te, ut Cistercio dedit, ita statim eripuit; dum à Clemente III. Diaconus & Presbyter, inde ab Innocentio Episcopus Cardinalis Prænestinus renunciatus, labores feli- citissimos pro totius Reipublicæ Chri- stianæ commodo impendere jussus es. Suscepit, ac suspexit te Gallia & Ger- mania Legatum Apostolicum. Vo- lens lubenq; Constitutiones tuas am- plexus est uterque Status, Ecclesiasti- cus atque civilis. Inter alias laudabi- les consuetudines à te inductas, illius memoria indelebilis perseverat, cuius initium Coloniæ fecisti: ut nimirum, quando in Missæ Sacrificio elevaretur, vel per urbis compita ad ægros depor- taretur Sacrosanctum Christi Domini Corpus, campanulæ portatilis signo, populus ad illius venerationem excita- retur. Quam devotionem mox prodi- gia stabilierunt. Nobilis enim quidam hujus pietatis fervore stimulatus, in lutulen-

Usum

cymba-

li in

Sacro

primus

inducit

lutulenta platea procumbens, pretio-  
fas vestes, nullâ prorsus maculâ læsas,  
è sordibus sustulit. Excita etiam me ad Vene-  
dignam devotionem erga sacratissimum ratio-  
Mysterium: ut tam externo corporis cultu, SS. Ev-  
quàm humillima animi veneratione, ado-  
rem illam majestatem, coram qua Angeli-  
æ Potestates contremiscunt.

B. VIVIANE: qui à S. Paire B E R - Prom-  
N A R D O ad gubernandum monaste- ius año  
rium Altæ Cumbæ missus, vivere in 1135.  
Viviano sanctissimum Magistrum, Sa-  
baudis tuis ostendisti. Cùmque ob ne-  
gotia Romam peteres; is sacræ Curiæ  
te, tanquam ob religiositatem tuam sibi  
amicum familiarissimum, suaviter con-  
mendavit. Commendo & ego quotidie  
necessitates meas Piissimo Parenti: sed citi- Patro-  
ùs exaudiar, si tua commendatio adjun- cinium  
gatur. Sic enim obtenturum me spero, ut nardi.  
potenissimo ipsius patrocinio, quod olim in  
terris multæ afflictorum millia experta  
sunt, ego quoque de cœlis ad animæ corpo-  
risque salutem gaudere merear.

S. BERNARDUS, ser. 62. in Cant.


Sunt cœli sancti, vivi, rationales, qui Invoca-  
enarrant gloriam Dei: qui favora- tio san-  
bili quadam pietate nostris se votis  
libenter inclinant, & sinuatis ad ta-

R 4

Elum

392 ANNI CISTERCIENS.

etum nostræ devotionis affectibus, in  
sua nos recipiunt viscera, quoties di-  
gna eos intentione pulsamus.



21. Maij, 2. Cal. Junij.

*Floruit* B. JOANNES, Dulcis memorie Pri-  
*anno* or Claræ vallis; Paternarum tradi-  
1172. tionum tam diligens æmulator; ut ve-  
rè non alio, quām sanctorum Funda-  
torum primævo spiritu, vivere crede-  
reris. Paupertatis amorem, ut omnia  
alia, ita maximè vestimenta prodebat;  
*Obser-* quibus non nisi centonis in modum  
*vantia* pannosis uti gaudebas. A divinum  
*verè* laudum decantatione nulla te separa-  
*stricta* bat infirmitas: quæ licet te frequenter  
inceperent; nunquam tamen persuase-  
runt, ut curandæ sanitatis causâ pe-  
dem Infirmitorio inferres. Ad manu-  
um laborem dux eras ex munere, & o-  
mnium exemplar ac stimulus indefes-  
so fervore. Tandem fatali morbo, &  
obedientia cogente ad Infirmitorium  
deportatus, affueti nihilominus rigo-  
ris tenax, ne minimum corpori leva-  
mentum in melioribus cibis, aut mol-  
liori strato indulsisti: hanc unam seve-  
ritatis tuæ rationem assignans: non  
commissu-